

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

XIII. V. Confessio adeò necessaria sit ad salutem, sicut Baptismus; ita, vt  
nunquàm liceat illam omittere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

est; sit peccatorum remissio: Hæc autem remissio per contritionem iam facta sit; ideo sequi, quod cœlet quoque vis præcepti, de confitendis peccatis Sacerdotibus.

Non, inquam, obstat hoc, quia D E V S à peccatore offensus; etiamsi propter penitentiam cordis culpam ei remittat; id tamen loco satisfactionis à peccatore exigit, ut coram suo Vicario se humiliet, & confiteatur, Absolutionemque petat. A quo nisi absoluatur, dicitur quodammodo in peccatis permanere; etiamsi culpa fuerit per contritionem remissa. Quare, remissa culpa, manet adhuc ratio, & causa præcepti; nimis ut D E O satisfiat eo operum genere, quod ipse à nobis exigit. Cūm alia ratione illi satisfacere iustè non valeamus.

*Estne Confessio adeò necessaria ad sa-  
lutem, sicut Baptismus; ita ut  
nunquam liceat illam  
omittere?*

Quæstio  
XIII.

**C**onfessio non est adeò necessaria ut Ba- *Respoſtus*  
ptismus. Nam puer sine actuali Bapti-  
smo non potest saluari; potest autem homo  
adultus salutem consequi sine actuali Con-  
fessione.

B 4 Sed

## *Caput I. De Necessitate*

Sed utrum, cùm quis potest confiteri,  
possit aliquando omittere Confessionem?  
Respondeo, magnum esse præceptorū Di-  
uinorum numerum. Vnde, si quando quis  
posset confiteri fine transgressione præcepti  
alicuius Diuini: Teneretur confiteri, etiāsi  
pateretur rerum suarum iacturam. Si vero  
simul concurrat aliud præceptum Diuini  
cum Confessione, & præceptum Confes-  
sionis non possit impleri, fine alterius præ-  
cepti transgressione: Si illud est maius (ma-  
ximè de iure naturali) tunc non tenetur  
confiteri; quale est non scandalizare. Vnde si  
pœnitens aduerteret, sua Confessione scan-  
dalizatum iri Confessarium: Sanè ad ei con-  
fitendum neutiquam obligatur.

*Quæstio Sempérne in Ecclesia Catholica, à tem-*  
**XIII.** *poribus Apostolorum, Confessio pecca-*  
*torum tam necessaria fuit habita, ut*  
*sine ea, adultis non remittatur*  
*peccatum?*

*Respoſio.* **M**aximè: Et id potest grauissimis pluri-  
morum SS. Patrum & Doctorum Ec-  
clesiæ testimoniis clarissimè comprobari.

Post Apostolos primi numerantur, Cle-  
mens Petri successor, & Dionysius Areopä-  
gita Pauli discipulus, vterque Martyr. Ille sa-  
tis per-